

Tractat⁹ venerabilis

Magri Job. Gerson de elucidatione mystice theologie sub duodecim considerationibus traditus

Uobis datū est nosse mysteriū regni celozū. dicebat ih̄us discipul̄ suis Propter qđ

et alio in loco exultavit in spiritu dicens **C**ōfiteor tibi pater rex celi et terre qđ abscondisti hec a sapientibus. et reuelasti ea puulis. **H**ec mysteria sūt que loq̄bat̄ ap̄ls p̄fectus et in q̄b⁹ excedebat deo. q̄lia tradidit ex reuelatione sua dionysius in de mystica theologia et de diuinis noibus. p̄sertim ca. vii. vocās hāc sapiam irrōnalem stultaz et amentē. **Q**ua sup sapia dudū opuscula duo sc̄psim⁹ Scripserūt et alij nomiatim hugo de Baluia in tractatu de triplici via in deū **U**bi determinat finaliter et ex intētionē qđ apex mentis fertur in deū per amorē extaticū absqz p̄uia vel cōmitate cognitōne **E**t hoc est mysticū et absconditū. qđ nemo sapientū seculi capit **C**ōsentire videt̄ d̄ns **B**onauētura in itinerario ca. vii. 7. vlt. **A**lioq̄n p̄rēa nō videtur possibilis vltima industria quā notauimus ibidē **S**p̄m a fātasmatib⁹ auertē **Q**uia cū nō sit s̄m p̄m oēm intelligentem seu intellectuāli opatione vrentē fan

CCCCXXII.

tasmatata speculari. oportet si non speculēt qđ aīa alr̄ ferat̄ in deum qđ per intelligentiam vt videtur **P**resupponēti igit̄ oīa qđ dionysius cū suis expositorib⁹ sup hac theologia tradiderūt expti sūt possum⁹ ad intelligentiā dicti hui⁹ hugonis de baluia cōsidēare tres modos q̄bus videt̄ posse fieri qđ amor sit absque cognitione. **U**n⁹ est de amore pure naturali. **S**c̄ds de amorē pure supnaturali terti⁹ est de amore hituali vel potius ex hitib⁹ elicitō. libēoz actuali **E**st insup triplex actualis cognitio q̄ntū sufficit ad p̄ns. qđaz r̄ca quedā reflexa. et vtraqz p̄t eē vel simplex vel cōplexa sp̄calis vel cōfusa **Q**uo circa notet̄ ad elucidationē p̄missoz numerus duodenarius considerationū

Cōsideratio prima

Sat amorē naturalē causari sine p̄uia cognitiōne in re que diligit amat v̄l appetit **P**at̄z in hoc qđ in oīi re s̄m dionysii inuenit̄ amor naturalis **I**n Boeti⁹ **O** felix hoim genus. **S**i v̄ros aīos amor quo celuz regitur regat **N**ō est aut̄ in celo materiali sic nec in rebus alijs aīa carentibus cognitio. q̄uis pondere sui amoris imp̄sso ab intelligentia p̄uia nō errante ferunt̄ quo ferūt̄ multo veri⁹ et certius qđ sagitta moueat̄ ad signum ex impetu per iacentē impresso.

E c 2

De elidatione

Consideratio secunda

Stat hominē per amorem naturalē nō liberū ferri in deū non ex actuali cognitione que talem in ipso causet amorem. Sequitur ex patet. Nō enim min⁹ est amor naturalis in anima rationali quā in rebus ceteris anima carētib⁹ imo nō stat hominē esse sine pōdere naturalis hui⁹ amoris quo fertur in deū etiam si damnetur in inferno. Consurgit exinde vermis ille seuissimus quē conscientie remorsū appellamus. Unde verificatur de propheta Non est pax impijs dicit dominus. Et illud de damnatis. Vermis eorū non moritur. Denique cum peccato nequit propter hoc esse salus perfecta vel eterna. Hic amor est aduersarius noster sed legem carnis corrupte. cui per dilectionē liberā consentire nos ouenit dū sumus in via si nolumus tradi tortoribus in gehenna.

Tertia consideratio

Stare nō pōt quod amor etiā naturalis fiat aut maeat absque omni cognitione cōfunda vel separata. De separata quod hoc certū est quod concurrat ad quēlibet amorem dū producit et seruatur primū cognoscens quod est deus. Ceterū potētia quibus cognoscitiua rationalis nō min⁹ potest exui a sua cognitione naturali quā a suo amore. Propterea manet semp

mystice

et iungunt in eadē natura cognoscēte amor et cognitio naturalis. Atque aut possit esse potētia cognoscitiua que nō esset quōlibet appetitiua. puta quod nō. quia nulla res potest esse que nō appetat bonū. est enim bonū quod omnia appetūt. Vellent aliqui fortassis eodē modo similiter dicere quod nō est appetitus sine cognitione qualicūque licet imperfecta valde. que est tanquā aliqua naturalis impressio consequens ad primam causā efficientē exemplantē et finientē. Sed iste modus nō recipitur cōiter sicut nec ponit in rebus nō cognitiuis delectatio. de qua magis videret quod ab aliquibus philosophantiū vtrūque positū videatur. conformiter ad vsum cōmē quo dicim⁹ pratum ridere vel gaudē dū floret et florescit et vernat. Beatus est qui libere amorem suū conformat isti naturali. quia si duo essent fieri ipsi a patre quicquid petierint. Quippe non petent nisi deum vel cōforme deo simul et nature primitus institute.

Quarta consideratio

Stat hominē ferri in deum per amorem liberū supranaturaliter infusum vel conseruatū. nulla in ipso cognitione libera cōcomitate vel preuia respectu illius amoris. Constat enim quod amorem libere elicatum ab homine posset deus conseruare destructo omni cognitionis actu. quo posito

Theologie

diligeret homo deū tūc intellēua/ liter non cognitū saltē cognitōne que sit actus scđus elicitus quod dicit̄ pp̄t̄ immediate nōta de cognitiōne pure naturali que est p̄mus actus essētiālis aīe imo nō est nisi aīa p̄pter qđ ab ip̄a separari non potest ip̄a stante ac perinde noīa/ tur endelechia. Similit̄ diceretur si deus per se immediate causaret actū amoris liberum in volūtate nō concurrēte intellectu vt intelledus est iuxta positōnē quorūdā dicentiū qđ actus btificos in p̄tia p̄ducit solus deus

Quinta cōsideratio

Sat dicit̄ eoz q̄ tradūt de theologia mystica qđ consistat in amore solo. et qđ amor ille sup̄naturalit̄ inspiretur illi qui occupiscūt sapiam. **S**pectat hec ad potentiā dei p̄t̄ ex p̄cedēti constat. **S**pectat et ad ip̄ius sapiētiam atq; bonitatē vt apientibus os mētis inspiret sp̄m amoris. neq; neget mūdīs corde osculū postulātū h̄ pueniat etiā in b̄ndictiōib⁹ dulcedis desiderii paupm qui cū dāniele sūt vtri desiderioz. **S**atiet insup puulos suos et̄na sapia ab vberib⁹ solationis sue tanq; p̄iam. cui⁹ vbera nō sugit qui nō veraciter absq; fictione se constituerit vt puulū sub ea iux̄ s̄niam xp̄i qui siml̄ est sp̄sus et sponsa. p̄r et m̄r amic⁹ et amica. qm̄ amor sp̄ualis sexum nescit. **P**ōt deniq; tota fere

CCCCxxxv

scriptura deduct̄ ad hūc sēsū. **A**duēo nihil ad p̄hantes sup̄ h̄ assiduo p̄ deuot̄is miraculo. **P**rop̄t̄ea d̄t̄ hec sapientia mystica appropriate xp̄ianoꝝ esse tam a dionysio q̄ a ceteris. **E**t ita cōtrouersia vel dubietas om̄is cessat in hac p̄te qm̄ stat apicez mētis in deū ferri sine cognitōne actuali p̄ua vel cōcomitante. sic accipiendo qđ cognitō nō causat amorē illū sup̄infusum nec oportz vt comitē ip̄m distinguendo cognitōnē apprehensā vel declaratiuā ab exp̄imētatiua affectuali

Sexta cōsideratio

Sat vt amorē sup̄infusuz comitē actualis cognitio qua p̄cipit̄ intelligibiliter amor ille. hoc est qua iudicat aīa se amare et in deo delectari imoz ignote ignotis per amozē iungi. **P**ro cuius intelligentia memozet̄ illud de canticis. **A**uerte oculos tuos a me q̄a sp̄i me auolare fecerūt. **A**bi colligit̄ qđ duo sūt oculi aīe rōnalis. vnus spectās ad cognitōnē potentiā alter ad affectiua. **I**lle scđus proprie dicitur oculus amoris vel oculus sp̄ose. **D**e quo et in eisde canticis. **V**ulnerasti cor meū in vno oculoꝝ tuoꝝ. **C**ōtingit aut̄ qđ dū anima fert̄ in dilectuz p̄ oculū amoris si temptet̄ intelligē qđ sit illud qđ diligit̄ euolat dilectio. ac p̄inde dicit̄ euolare dilectus

De Elucidatione

Nihilominus est aliter possibile quod dilectio maneat et cognitio simul talis dilectionis ad tempus persistat. Alii enim non potuissent tradi vel scribi quicunque notitia de theologia mystica ut quod illa est coniunctio amorosa dilecti cum dilecta. quod exuperat omnem sensum. quod vulnerat quod concussit ignotis ignote tanquam in diuina caligine cum similibus multis

Septima consideratio

Stat quod amor homini superfluous maneat absque charitate sicut perbia. sic fides et spes et alia carismata. Propterea talis amor non est signum infallibile gratie gratum facientis. Consonat his comitis schola doctorum quod nemo scit se charitatem habere suum illud. Nemo scit an amore an odio dignus sit quicunque istud intelligi videat de amore predestinationis et odio reprobationis. Valet hec consideratio pro laude charitatis. et ut qui gloriatur per mysteriorum cognitionem in domino gloriatur. Si nouero inquit apostolus mysteria omnia. inter que est plane mystica theologia. nihil scio. Veritas est quod sicut de donis et beatitudinibus sic de sapientia mystica loquitur aliqui doctores notatque hugo de Balua. putat includit charitatem. Propterea dicit quod hec sapientia excellentius donum est quam sola gratia gratum reddens. Nimirum quia et gratia est gratificans et sapientia soporifera et delectans.

mystice.

Octava consideratio

Stat dilectionem liberam et elicita naturaliter poni in apice mentis que dicitur ab aliquibus sinderesis absque hoc quod mens se actualiter iudicet aliquid diligere quicunque ista dilectio cognitionem imitatur et sequitur. Concederet ista philosophi naturales ac proinde multa saluarerit absque miraculo super his que de mystica theologia traduntur a catholicis. Studuimus in duobus opusculis de mystica theologia proinde compositis per multas considerationes et industrias ista de terminare velut ad comitum intelligentiam et philosophiam deducetes hanc sapientiam. non quod secludere vellemus diuinos et supernaturales influxus. absit hec pelagiana temeritas. sed consone loqui volumus philosophis et scholasticis theologis. talia que non abhorrent a suis traditionibus et scholis. et si effectum est quicunque ex parte iudicium sit legentium et gloria deo. si vero nequequam ignosce tu deus et tui. Denique tota ratio considerationis preteritis consistit in hoc quod dicit philosophus de vehementer habitatis quod in suis actionibus non deliberant. aut saltem ita se habent quod se deliberare non iudicant. Agit enim ars perfecta in omni nature sicut ostendunt omnes artifices etiam mechanici circa exteriora laborantes. textores cythariste scriptores etc. Quanto amplius hoc agere potest in acti-

Theologie

bus immanentibus vel intrinsecis Nam et sepe multa cogitamus multa diligimus sub omni facilitate que nec cogitare nec diligere iudicamus. Precedit nihilominus et comitatur naturaliter in omni dilectione presertim elicitam et meritoriam cognitionem dilectionem. etsi non cognitio reflexa. tamē recta hoc est traditio omnium tam philosophorum quam theologorum et moralium cum experientia dicentium per vocem augustini Inuisa diligere possumus incognita nequaquam.

Nonā cōsideratio

Stat simplices ideotas per fidem spem et charitatem citius et sublimius peruenire ad theologiam mysticam. quam eruditos in theologia scholastica et discursiva Sunt ad hoc multe rationes quarum aliquas notat sanctus thomas inquirens cur simplices sunt aliquando deuotiores quam litterati. Itaque fides talium minus est inquietata per fantasias contrariam opinionum quas nec audiunt nec cogitant Sunt insuper humiliores quatalibet gratiam dat deus qui cum simplicibus graditur. omnium vero superborum et sublimium colla propria virtute cal-

CCCCxxj

rauit. Preterea simplices habent aliquando curam de salute sua maiorem in timore et tremore. Qualiter autem sit istis simplicibus imo et pueris ambulandum pro mystica sapientia tetigimus in opusculo quodam de simplificatione cordis via secunda Dicebat vnus Ego per quadraginta annos et amplius versauit et reuersauit multa studendo legendo orando meditando in ocio temporis multo. nihil inueni compendiosius efficacius ve ad consecutionem theologie mystice. quam ut fiat spiritus et anima sub deo tanquam paruulus et paruula iuxta metaphoram antedictam ubi mendicitas spiritualis locum habet precipuum. cum fide simplici quod deus puer natus est nobis et paruulus datus est nobis. ~~ipm cuius clamor triplex reperitur vox absque raucedinis similitudine ubi rhetoricam vigentem docui prius quam docemur. erudimur gica per. aliter in moralibus atque popularibus in loquendo. modos insuper Poradeque forei intellectu ad intellectionem a dibus omnia notat. respectu speculatis scientiis ad que dicitur at utraque logica huiusmodi suas dicitur. aliter iudicandum est et requiritur intellectum practicum spectat sermo cuius huiusmodi vim vocis aut proprietatis moralibus politicis et alidum quod de veritate proponis ancillam seruit et aminiculum officium seu practicum intellectum. Dico~~

De Elucidatione
Decima cōsideratio

Stat concordia theologorū de theologia mystica loquentiū. premissis cōsiderationibus sicut arbitramur attentis **C**uz pilosophis autem fide carentibus nequit esse conuentio in hac parte **R**atio quia nolūt credere vt intelligant. incedentes crassa ceruice et erecto collo nolentes captiuare omnē intellectum neque voluntatem in obsequiū christi **Q**uāobrem verissime enūciatū est. qd hec est pprie propria sapientia christianorū. tanquam fons signatus. cui non cōmunicat alienus. quoniam carnalis homo non percipit ea que dei sunt **S**tultitia est enim illi. dum fit ei christus petra scandali et signum cui contradicitur. dum nō intrat per hostia vt pasqua inueniat. maxime quia nō vult māducare panes de celo verū. nec bibere vinum germinans virgines **P**er cuius tamē sacre cōmunionis frequentationē super omnia fit homo deuotus et habilis ad theologiā mysticā. si vitam et mores huic salutifero sacramento conformare nō omittat prout alibi sub cōsideratione multiplici notatū est

mystice theologie.

Indecima cōsideratio

Non tace nequit vt theologia mystica sit in hominis mente sine qualicumq; dei cognitione **F**uerunt qui dicerent nihil nos cognoscere de deo nisi per abnegationem. **C**ontra quos est cum ratione et auctoritate articulus parisi? condemnatus **S**ed aliunde deducitur cōsideratio presens notando qd omnis apprehensio vel motū intellectualis siue de deo vel de alijs dici potest cognitō imo et visio per illum loquēdi modū quo vtimur sensibus exterioribus. vbi omnis sensatio visio nominatur. vt dicim? **V**ide qualiter hoc sapit hoc olet. sonat suaue est ledit. **S**ed materia de his sensibus in intellectu portionatur existentibus latior qd vt disseratur pro presenti **S**ic eni vocant **A**risto. et **B**asilus intellectū sensum **S**ic cōis vsus dicit de bñ iudicāte **I**ste bñ sentit. iste clare videt in matēia **S**ic gregori? in omelia **A**mor inqt ipse cognitio est **E**t vē sic est s̄m tactū gustū et olfa/

Theologie

atum spirituales. imo tantū potior
pceptibilior et purior est cognitō
quāto intīmior circa deū qualiter
ipm tangunt gustant et olfaciunt
mystice theologifantes. nō audi/
tores tantū sed inspectores sed fa/
ctores **P**onatur exemplū paruu/
li super matrē suam dum sugit et
amplexatur eaz. qui plerūq; nihil
videt nihil audit aut saltem nō iu/
dicat se videre vel audire quicq;. **T**
otus in lactatione vñ delectatio
dicta est occupat. **T**ūc nihil cog/
noscit sub quacūq; ratōne reflexa
etiā q; lac sit dulce vel bonum vel
ens vel nō ens. sed tīmō lactan/
dū se vberib; impmit **E**t mulcebr.
quedā opatio expimentatiua nō
reflexa nec declaratiua nec enun/
ciatiua **F**elix puer ille etiāsi centū
sit ānoz sub sapia matre sua q̄lis
erat magnific; rex ille dauid par/
uulus in oculis suis et virilior te/
teris ante deum **S**undemus super
hanc similitudinē sensuū spūalium
ad corporales. similitudinē aliam
pro theologie mystice cognitione
cōuenientē **C**onstituamus duos
homines coram oculis nostre cō/
siderationis quoz; vnus sit acu/
tissimus in duplici sensu visus; au/
ditus sed habeat hebetatos peni/
tus; obtusos tres alios sensus q̄
sunt olfactus gustus et tactus **C**ō/
stituatur alter qui cecus sit et sur/
dus. sed habeat expeditos alios
et viuaces olfactū gustuz; et tactū
Constat q; iste scōus poterit ma/
iores expiri delectationes

CCCxxij.

les q; primus **C**oncedemus ex
ista similitudine q; p̄bi vel theolo/
gi litterati vigent in visu; et auditu
spiritualibus. sed euenit multis q;
tribus alijs careant sensibus vel
impeditos vel obtusos p̄sus ha/
bent. **P**rouenit ecōtra de simplici
bus illitteratis q; velut ceci et sur/
di sūt ad p̄bie scholastice pceptō
nem qui ceteris sensibus vigent in
spiritualiū olfactu gustu et tactu
Nullus ergo mirabitur ista consi/
derans si simplices illitterati ceci
et surdi nisi quantū fides insonat
oblectantur in deo quez desiderā
do et amando olfaciunt gustant
et amplexando tangunt **H**aben/
tes per vite puritatē et simplicita/
tem sensus istos purgatos atque
reformatos. dum in alijs male vi/
uentibus penitus stupidi sūt nec
percipiūt ea que de diuinis suau/
ter redolent sapiunt et mulcēt q;
uis videant et audiant **E**xemplū
simile de canibus venaticis respe/
ctu non venaticozū posset induci
Reducūtur insuper isti quinq; sen/
sus ad duos oculos qui sūt intel/
lectus et voluntas cognitiois sez
et amoris **V**isus enī et auditus
per appropriatiōz magis spectāt
ad intelligentiam. ceteri tres ad
affectum vel amorē.

**De Elucidatione
Cōsideratio. 79.**

Tant simul affectualis cognitio theologie mystice et alter modus contemplationis qui dicitur pure et liquide veritatis diuine. Sunt diuersi tractatores de vtraque contemplatione et varie quolibet figurat. Affectualis in maria sedente et in sponsa que delictis affluit innixa taliter super dilectum suum. Intellectualis vero in israel et rachel et in sponsa ascendente sicut auroza luna et sol. Sed oportet quod intelligentia feratur in deum sine hic et nunc. hoc est sine otio et tempore. et ita sine commixtione fantasmatum. hoc vero tate difficultatis esse dicit Augustinus. consonas platonis et sequacibus quod non nisi in raptu quodammodo conuulsationis possit sincera veritas hec cognosci. etiam a paucis et raro. Quod admodum non ita senserunt de theologia mystica affectuali qui eam assequibilem tradunt. Possibilitatem denique considerationis huius suadent ea que in paulo facta sunt et in beatis complebuntur. Sed amplius persecutio non est opusculo presenti necessaria. nec sue possibilis breuitati. Denique distribuit unicuique deus mysteria sua. prout vult. qui hodierna solennitate ascendens in altum dedit dona in hominibus. In cuius commemoratione solennitatis hec scripta sunt lugduni ad elucidationem

mystice theologie

nem scholasticam mystice theologie consistentis in amore

Per **Jobez Gerson Cancellarium
Parisiensem. Anno. M. cccc. xxiiij.
Prima Junij.**

Volumen primum tractatum et librorum venerandi viri domini Jobis de Gersono sacrarum scripturarum interpretis veracissimi. doctoris quoque consolatoris per me Johannem Hoelhoff de Lubeck Colonie civem accuratissime impressum anno gratie. M. cccc. lxxxij. in vigilia vrbani pape feliciter finit.



...fidei theologia
...m scholasticis mythen frodeli
...e confitens in anno

... Jobis oratione Carolus
...arvenem dno. M. CCC. LIII.
...p. 100. J. J.

Volumi pumitrata
... et libroru reserantur in
... Jobis oratione Carolus
...arvenem dno. M. CCC. LIII.
...p. 100. J. J.



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	8	9	10	11	12	13	14	15	17	18	19
	R	G	B	W	K	M	G	Y	C	B	Y	M					

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN Color Control Patches

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8